



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Educatio. 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

rum illustrem, Ognis & Loiola
 Toparcham. Mater fuit Marina
 Sone; domo Baldensis; claro ge-
 nere nomineque foemina; nec
 ullis virtutum insignibus marito
 impar. 4 Emicabat in puero exi-
 mia quaedam iam tum indoles;
 animique & ingenij vis magna:
 si inter bonas artes adolesceret.
 5 Sed vix morari parentes, dum
 infantiam exiret; cum præpro-
 pera spe ad Ferdinandi Catholi-
 ci regiam dimittunt: inter æ-
 quales liberaliter educandum.
 6 Hic omnib. aulae disciplinis in-
 stitutus, breui docuit, nihil se
 mediae fortunæ passurum: cepit-
 que, vt primùm vires erant, ar-
 dua velle; gloriam è claris faci-
 noribus petere; inter primas cu-
 ras Militiam habere: eo que assi-
 duis equitum velitationibus af-
 fuescere. Qua exercitatione, vel
 idcirco præstare se alijs cupiebat,

vt